

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Martinus Breminger iuris doctor, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REUCHLIN LIBER PRIMVS

Martinus Breminger Iuris doctor, Ioanni  
Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

**H**umanissime uir. Alcinoi cōpendiū & id reliquū qd' ad-  
iunxeras nunc ad te remitto, uidentē enī huiusmodi opu-  
scula satis diu apud me hospitata fuisse. Caterum ex Lu-  
ciani operibus traductam habeo, primum eiusdem orationem de  
calumnia. Deinde Neericum Dialogum Charonis & Mercurii. Ter-  
tio Dialogum qui illustrium philosophorum uenditio uitarum in-  
scribitur. Ne plura scriberem dominica negotia impedimento fue-  
runt. Itaq; Vale, & me (ut facis) ama. Ex Constantia xxvi. Septēbris.  
Anni a natiuitate Christiana M. CCCC. lxxxviii.

Ioanni Reuchlin Phorcensi præclaro tum philosopho  
tum Iuriscōsulto, Martinus Vranus S. D. P.

**M**itto ad te humanissime uir non solū diuinū Iamblichū, sed  
etiā q̄dam Prōculi in Alcibiadē atq; Synesiū de infomniis,  
ea tñ lege, ut breui ad dñm reuertantur. Eset nanq; longa  
īp̄sorū absentia mihi admodū grauis futura. Fœliciter vale, & te in  
eis oblectare. Ex Tūbinga prima Decēb. die. Anni. M. cccc. lxxxxi.

Ioannes ex Lupis de Hermansgrün, orator Maidbur-  
gensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

**P**rimam & secundā Philippicas Demosthenis, quas ex græco  
in uernaculam linguam nostram uertisti illustris dux de Vuir-  
tenberg legendas mihi tradidit. Conueniunt omnino tpi & ad-  
rem faciunt. Utinā principio huius congregationis unicuiq; princi-  
pum istas tuas translationes misisses, sed forte fecisses uerba ad uen-  
trem carentem auribus. Ego nimia facietate rerum apud nos gesta-  
rum teneor; piget non modo scribere, sed etiam meminisse quid tā  
to tempore egerimus. Vidi literas quibus nonnihil indignari uide-  
ris, q̄ nemo de iis quæ hic fiunt ad te scribat, immo si sapias habe-  
no bis gratias q̄ nihil scripserimus. Ego enim cum uiderē temp. in sum-  
mo periculo & discrimine, existimabam nihil expedire de iurgis,  
simulatibus, factionibus, odiis, priuatis commodis, præterea tanta  
superbia atq; auaritia ad te hominem omni uirtute ornatissimum  
scribere, uolui animum uirtutum studiis occupatum istis negociis  
molestare. Sed modo cum subiit animum meum, pulcherrima spes  
libertatis & imperii conseruandi, nō dissimulabo ulterius de Reip.